

dies completa compendiosum epilogum. Et — ut breviter dicam — preter omnimodam historiam, que diffusius in ea continetur et preter flores sanctorum, philosophorumque^{s)} ac^{s)} poetarum continet etiam per epilogos quosdam totius theologie summatim materiam, scilicet in principio quidem de creatore et creaturis, de virtutibus quoque et vitiis, in medio vero de preceptis et sacramentis, porro in fine de hiis, que futura sunt in consummatione temporis^{bb.p.t)}.

^{s-s)} philosophorum atque H_4 ^{t)} folgt Si quis autem legentium in prima vel secunda parte de his, que forsitan ibidem requisierit, minus aliquid inveniat, necessitati abbreviandi operis, ut iustum est, veniam concedat. Preterea nullatenus lector abhorreat, si etiam gentilium historia videatur legi circa paganos facta fuisse nonnulla miracula. Credibile enim est, ipsos demones hec circa cultores suos fallaciter egisse vel ostendisse, quatinus huiusmodi fallaciis eos in cultu suo possent facilius detinere *R (vgl. oben c. 19 von H, N)*